



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Tertius casus, de Hostiis non consecratis, fortè confusis cum consecratis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. III. Supra quam materiam eadem intentio consecrandi.

Quamvis cum de materia Consecrationis agendum erit, hæc questio tractanda esset, hic tamen de intentione agimus, commodum etiam habet, quam, per aliquot casus magis practicos, discutimus, expediemus.

PRIMVS CASVS.

De Particula ignota Sacerdoti.

Vbi

Defenditur Nunnus contra Dianam.

Minister posuit supra Corporale, in Altari, particulam consecrandam, nec id, ante seu fecit, seu aliter Sacerdos; advertit autem post Consecrationem: dubitavit, an remanserit consecrata; quod est, dubitavit, an intentio consecrandi se extendat ad materiam Sacerdoti presentem, quamvis ipsi incognitam.

Docet Diana p. 2. tract. 17. ref. 19. Nunnus 3. q. 74. et al. diff. ult. asserere, remansisse consecratam, quia intentio Sacerdotis, nisi contrarium voluerit, cum præsumitur religiosa, præsumitur ferri ad omnem materiam consecrabilem presentem.

Sed vera sententia, merito negat. Ita Coninch. de Sac. q. 72. art. 4. dub. 3. num. 39. alique apud eundem Dianam: quia voluntas non fertur ad omnino incognitam, quare voluntas Sacerdotis, quantumcumque religiosa, non extenditur ad consecrandam formulam sibi prorsus ignotam.

5. Dicit (docet Diana) nam ut observat Dehigo de Sac. diff. 8. sect. 7. num. 2. 18. Nunnus nequaquam dicit, loquitur enim in alio diverso casu, scilicet quando Sacerdos aliquam Hostiam præparavit, postea vero à Sacrifica, v.g. vel ab alio, vice illius Hostiæ, ponitur alia, incito Sacerdote, vel inveniuntur esse duæ Hostiæ, loco vnius; in quibus casibus Nunnus dicit illas manere consecratas, quia non alligavit Sacerdos intentionem suam ad consecrationem illius Hostiæ, quam suis manibus præparavit, ut excluderet aliam, quam postea in Altari acciperet consecrandam: semper enim intendit consecrare id quod in Altari hoc idem ipse invenit & accipit consecrandum; quæ doctrina vera est propter rationem mox n. 9. dicendam; illa autem, quæ ei auctori tribuit Diana esset omnino falsa, & improbabilis propter rationem n. præcedenti dictam.

SECUNDVS CASVS.

De Hostiis numeratis, quæ non omnes consecrari intenduntur.

Offert Minister Sacerdoti decem Hostias (ut ipse putat) consecrandas, quibus nec plures, nec pauciores intendit consecrare Sacerdos, sed inventæ post consecrationem fuerint undecim, vel novem, suntne consecratæ, omnes, nullæ, an decem dumtaxat.

7. Docet Sacerdotem male fecisse astringendo intentionem ad solas decem, debebat enim, iuxta Ecclesiæ consuetudinem, velle consecrare omnes præsentibus inibi consecrabiles. Sed quando quidem in huius errorem incidit, fiat cum communi opinione, nullam à se fuisse consecratam. Sic Suarez de Sacramen. disp. 43. sect. 6. §. 1. & Coninch de Euchar. q. 74. art. 2. dub. 3. n. 31. Layman lib. 3. tract. 6. c. 2. n. 12. Vasq. de Sac. d. 171. cap. 1. n. 1. alique. Ratio est, quia intentio Ministri debet respondere, & quædrare verbis, quibus consecrat. & verba intentioni, secus per verba sunt demonstrativa per pronomen, hoc; determinata esse debet materia, & quæ signari, demonstrative possit per dictum pronomen. At in casu, de quo loquimur, falsò demonstratur à Sacerdote decem, quandoquidem tot

non sunt, & sic per verba non significatur, quod intenditur, adeoque nec consecratur.

8. Simile quid dicunt Doctores iidem ibid. in eo casu, quo (licet cum sacrilegio) vellet quis unam partem proportionalem Hostiæ, vel mediam non designatam consecrare, quia in nihil determinate ferretur intentio, cum tamen mediam v.g. ex parte sibi dextera vellet (licet item cum sacrilegio) consecrare, valide fieret consecratio, quia iam est pars determinata.

Quid, si quis ita intendat? Volo consecrare eas particulas, ex his presentibus, seu eam partem huius Hostiæ, quam vult. Antonius, vel quam Deus vult? Dico in irritum, in consecrationem. Ratio est iam dicta, quia, nisi ipsi Sacerdoti antea manifesta sit ea hominis, vel Dei voluntas, non posset per illud pronomen hoc, significare determinatam materiam illam. An tamen possit offerri Sacrificium pro eo, quem vult Deus, dicam c. 1. §. 9. n. 17.

9. Denique adverte, quod si quis, cum sint Hostiæ undecim, v.g. appositæ, ut consecrentur, ipse tamen, vel nesciat numerum, vel etiam existimet esse decem, vel tredecim, seu plures, vel pauciores, intendat autem, ut intendere semper debeo omnes præsentibus consecrare, omnes consecratæ remanebunt. Ratio est, quia error ille vel ignorantia, in intellectu nihil obstat intentioni practicæ volentis omnes præsentibus, & sibi in consilio cognitæ consecrare.

TERTIVS CASVS.

De Hostiis non consecratis fortè confusis cum consecratis.

10. Si accidat per alicuius incuriam misceri particulas consecratas cum non consecratis, consecratur totus cumulus cum intentione consecrandi eas, quæ consecratæ non fuerint. Ita iidem citatim sic, quia iam intentio est ad determinatam materiam, licet soli Deo, vel Angelis notam, eæ, quæ consecratione indigent consecrabitur. Neque enim necesse est, ut omnes partes materiæ consecrandæ à Sacerdote designoscantur; cum ad hoc, ut intentio determinaretur feratur in materiam, non requiratur distincta eiusdem materiæ cognitio, sed satis sit consula; secus, quando in magna Pixide multæ formulæ sunt consecrandæ, cum non omnes distinctè noscantur, in irritum abiter earum consecratio, contra sensum, & praxim omnium Fidelium, & Ecclesiarum.

QUARTVS CASVS.

De Hostiis super Altare, non verò super Aram consecratam positis.

11. Sacerdos celebraturus habet in Sacrificia intentionem consecrandi formulas: accidit autem, ut illæ inclusæ in consecrata Pixide collocatæ super Altare fuerint à Ministro, non autem super Aram consecratam, seu supra Corporale, Processit in Sacrificio Sacerdos, consecravique Hostiam maiorem, sine ulla prorsus prædictarum formularum memoria: Remanserunt hæc formulæ consecratæ, necne?

12. Tannerus alique apud Dian. p. 3. tract. 6. ref. 103. & p. 5. tract. 14. ref. 19. probabile putant remansuras consecratas. Ratio est, (inquiunt) quia Sacerdos habuit intentionem actualem illas consecrandi, nec unquam revocavit: & ex alia parte processit ad faciendum Sacramentum, & ad consecrandas eas omnes à se animo destinatæ, quæ sibi præsentibus essent: ut certè hæc fuerunt, quamvis, si advertisset illas carere debito situ, revocasset intentionem non tamen in facto revocavit.

Afferunt exemplum, nam si Sacerdos advertisset se forte esse in peccato mortali, abstineret à consecrandis: si tamen non advertit, non propterea non valide consecrat: non enim est considerandum id quod fecisset, sed quod actu intendit, & fecit.

13. Suarez de Sac. d. 43. sect. 6. §. Sed obijciat, Cayart.